

✠ **In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro rommano magno Imperatore anno secundo: die nona mensis septembrii indictione quarta decima neapoli: Certum est me heupraxia filia quondam cesarii subdiaconi: et quondam maria iugalibus qui fuit filia iohannis scoppolaursum qui fuerunt abitatores de castro putheolano: set ego modo habitare videor intus castro cummano: A presenti die promptissima voluntate venumdedi et tradidi vobis domino laurentio venerabili presbytero et monacho dispensator et rector monasterii sanctorum sergii et bachi: qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui adpellatur casapicta situm in viridiarium et at cuncta vestra congregationem monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: idest integrum omnem licerem et portiones seum pertinentias meas quantum et quomodo mihi memorata eupraxia honesta puella obenit et pertinet aut pertinentes fuerit per quobis modum de integrum campum bestrum memorati vestri monasterii qui nominatur sessana positum in memorato territorio putheolano: quibus vero memoratum campum unde omnem licerem meum vobis venumdedi ut super legitur illud atprensit per chartulam at pastenandum quondam iohannes de cramo proabbio meo da memorato vestro monasterio: et per ipsa chartula pastenationis est legatum in memorato vestro monasterio: iterum et quondam eupraxia abba mea genitrice memorata maria genitrice mea filia memorati iohannis de cramo proabbio meo iterum ipsa illos legavit in memorato vestro monasterio: quem vero ipsa chartula pastenationis cum**

✠ **Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nel secondo anno di impero del signore nostro Romano grande imperatore, nel giorno nono del mese di settembre, quattordicesima indizione, neapoli. Certo è che io Euprassia, figlia del fu suddiacono Cesario e della fu Maria che fu figlia di Giovanni scoppolaursum, coniugi, che furono abitanti del castro putheolano, ma io ora risulato habitare dentro il castro cummano, dal giorno presente con prontissima volontà ho venduto e consegnato a voi domino Lorenzo, venerabile presbitero e monaco, economo e rettore del monastero dei santi Sergio e Bacco, che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato casapicta sito in viridiarium e a tutta la vostra congregazione di monaci del predetto vostro santo e venerabile monastero, l'integra completa mia parte e porzione e pertinenze, quanto e in qual modo a me anzidetta Euprassia onesta fanciulla pervenne e appartiene in qualsiasi modo, dell'integro campo vostro del predetto vostro monastero detto sessana, sito nel predetto territorio putheolano. Il quale, invero, il predetto campo di cui ogni porzione mia a voi ho venduto, come sopra si legge, lo prese mediante atto di affidamento a lavorare il fu Giovanni de cramo bisnonno mio dal predetto vostro monastero e mediante lo stesso atto di lavorazione gli fu affidato dal predetto vostro monastero. Similmente anche la fu Euprassia nonna mia, genitrice della predetta Maria genitrice mia, figlia del predetto Giovanni de cramo bisnonno mio, di nuovo gli fu affidato dal predetto vostro monastero, il quale atto di lavorazione invero con l'anzidetto atto di affidamento della suddetta nonna mia li avete presso di voi. Di cui dunque niente a me rimase o riservai né, che non accada,**

memorata chartula legationis de memorata abbia mea hapud vos illos habetis: de qua nichil mihi exinde aliquod remansit aut reservavi nec in alienas cuiusque personas quod absit commisit aut iam committo potestatem: set a nunc et deinceps a me vobis sit venumdatum, et traditum in vestra vestrisque posteris et memorato sancto vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis: liverum semper abeatis potestate: et neque a me memorata eupraxia honesta puella neque a meis heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam vos aut posteris vestris nec memorato sancto vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requestionem aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: Insuper promitto vobis ut si quobis tempore exieris quavis personas qui vos aut posteris vestris aut memorato vestro monasterio exinde at querendum beneris per quobis modum per me aut per meis heredibus tunc ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris illos exinde desuper tollere debeamus absque omni vestra damnietatem: propter quod exinde accepi a vobis in presentis idest auri tari sex sicut inter nos combenit: etiam et memorata genitrice mea scripsistis in sacro sancto dipticos vestros: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos duodecim bythianteos et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii primarii per memorata quarta decima indictione ✠ hoc signum ✠ manus memorata eupraxia honesta puella quod ego pro eas subscripsi et memorati tari traditos bidi ✠

affidai o affido ora in potere di qualsiasi altra persona ma da ora e d'ora innanzi da me a voi sia venduto e consegnato e in voi e nei vostri posteris e nel predetto vostro santo monastero sia dunque la potestà di farne quel che vorrete e sempre ne abbiate libera facoltà e né da me predetta Euprassia onesta fanciulla né dai miei eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai voi o i vostri posteris né il predetto vostro santo monastero, che non accada, abbiate dunque mai qualsiasi richiesta o molestia in nessun modo né tramite persone subordinate da ora e in perpetuo. Inoltre prometto a voi che se in qualsiasi tempo comparisse qualsiasi persona che dunque venisse a chiedere a voi o ai vostri posteris o al predetto vostro monastero in qualsiasi modo per me o per i miei eredi allora io e i miei eredi dobbiamo pertanto allontanarli da lì per voi e i vostri posteris senza qualsiasi danno per voi, per quello che pertanto in presente ho accettato da voi, vale a dire sei tarenis d'oro come fu tra noi convenuto ed anche avete scritto la predetta mia genitrice nei vostri sacrosanti dittici. Se poi diversamente facessimo di tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora io ed i miei eredi paghiamo come ammenda a voi ed ai vostri posteris ed al predetto vostro monastero dodici solidi aurei di Bisanzio e questo atto di vendita, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano del primario Sergio per l'anzidetta quattordicesima indizione. ✠ Questo è il segno ✠ della mano della predetta Euprassia onesta fanciulla, che io per lei sottoscrissi e i suddetti tarenis vidi consegnati. ✠

✠ Io Stefano, figlio di domino Cesario, come teste sottoscrissi e i soprascritti solidi vidi consegnati. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di domino Sergio, come teste sottoscrissi e i soprascritti solidi vidi consegnati. ✠

✘ ego stefanus filius domini cesari  
testi subscripsi et suprascriptos solidos  
traditos bidi ✘

✘ ego iohannes filius domini sergii  
testi subscripsi et suprascriptos solidos  
traditos bidi ✘

✘ ego leo filius domini iohannis testi  
subscripsi et suprascriptos solidos  
traditos bidi ✘

✘ Ego sergius primarius Complevi et  
absolvi per memorata quarta decima  
indictione ✘

✘ Io Leone, figlio di domino Giovanni,  
come teste sottoscritti e i soprascritti  
solidi vidi consegnati. ✘

✘ Io primario Sergio completai e  
perfezionai per l'anzidetta  
quattordicesima indizione. ✘